



R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera

Merchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

67. In Festo S. Huberti, tripart. Amavit eum Dominus & ornavit eum,
stolam gloria induit eum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

Frem-
plum.

B Maria Oginiacensis in cella sua multas vidit manus, quasi sibi supplicantium, Admirans autem & ignorans quid hoc sibi vellet, nonnihil timore corrupta fugit ad Ecclesiam. Altero die item in cellula sua easdem vidit manus, & iterum expavescens, iussus ad Ecclesiam volebat fugere, sed manibus illis illam terinere volentibus, retardabatur. At nihilominus ad Ecclesiam tangnam tabernaculum configiens ut Dominum consuleret, rogavit, ut se quis manus illarum vellent, certorem redderet. Respondit Dominus, defunctorum animas in purgatorio orationum eis suffragia expetere quibus quasi unguento precioso doiores iliorum lenirentur. Nam praeterea contemplatio divina dulcedine solitas pro illis preces nonnquam intermittebat, interdum nec os aperire, nec de ulla re quam de Deo poterat cogitare. Ita Cardinalis Vi- triaco in vita eius cap. 9.

IN FESTO S. HVBERTI.

LECT 65.
v. patr. 1

Amavit eum Dominus, & ornauit eum, Stolam gloria induit eum.

PARS I.
Quid
Deus ex
amore S.
Hub. vo
cauerit.
terem. 3.

D EUS ab aeterno amore suum gratuitum super electos expandit, sine ulla corum meritis ex purissima bonitate sua, quae cum sit sui d' fluiva, teneat quos elegit specialiter communicare. In charitate perpetua dilexit te, ideo attraxit miserans tuum, inquit ipse. Quod est in charitate perpetua dilexit te? Idem est ac tu dicat: Ab eo tempore quo ego Deus sum, & quo me ipsum dilexi, ego quoque te diligere volui: non quod hoc ipsum aliquantum ex parte tua promeruit fuis, sed quia ego bonitate mea tui misericordia sum. Quia ergo ab aeterno ego sum, ideo & ab aeterno dilectio mea futura erga te: & in tempore illam ostendi, attrahens te ad me, & è miseria ergens per misericordiam meam & bonitatem. Hoc ipsum S. Paulus indicat, cum referat illud Malachias & a Domino dictum, *tunc ob dicitur*: Hie fuit figura electorum. Sed quando dilexit Dominus Iacob? *Cum nec tuum natus essem, nec quequam boni aut maius fecisset*, inquit Apollonus, ut ostenderet quanta g. aurata sit electio & dilectio. Propterea etiam Moysi Dominus dixit, teste eodem Apostolo: *Miserebor eum miserebor, & misericordiam praefabo eumus mihi orabor, quasi dicat: Miserebor eumus* cunque volueris misericordi, eligendo ad salutem ex sole beneplacito voluntaris & dilectionis mei. O quam mira est extensio & longitudo hæc misericordia & dilectionis! Protenditur enim ab aeterno usque in aeternum, dicente Prophetam: *Ab aeterno usque in aeternum misericordia eius*; ideo assertor Dominus, in charitate perpetua se suos diligere. Quia autem ex hac dilectione aeterna provenient homini in tempore omnia dona & charismata, omnisque favor celestis, omnis gratia preparatio, vocatio, iustificatio glorificatio ideo addit: *Attraxit te miserans tuum*. Quomodo at-

trahit, nisi inspirando & vocando, illuminando intellectu fulgore lucis interioris, illiciendoque voluntate fūnicula charitatis & amoris? Quam varios modos, quam variasque vias nobis absconditas habet Deus, quibus hominem ad se trahit; Dic mihi qua via spargitur lux aut dividitur *estius super terram*? Lux scilicet gratia celestis, & aeternitatis divini amoris, ita à Deo spargitur, ita in suos divinitut, ut homines neficiētes qua id via factum fuerint, in admirationem meritò piantur.

Attende id in electo. Dei seruo Huberto, de quo canimus hodierna die: *Amavit eum Dominus*. Quomodo amavit? Amavit ab aeterno, amavit in tempore. Amavit ab aeterno, prædestinans, & eligens, dignumque faciens *fortia Sanctorum in lumine*. Amavit in tempore vocans & attrahens, atque ex filio tenebrarum filium lucis efficiens per fidem & gratiam. Amavit eum mira dilectione, quam declarat amabilis & admirabilis vocatio.

Quosdam vocat Deus ad fidem & gratiam per S. Cornelio speciale ministerium Angelorum: Sic Cornelio *Centu* *Centurionis in Actis Apostolorum apparet Ange* *Angelus, & mittit eum ad exercitum: ostenditque Domi* *nus Angelico ministerio linceum quoddam Petru* *quatuor intus & ex quo dimissum, in quo conser* *bantur serpentes, & reptilia, & omnis generis ani* *malia immunda. Significabatur autem intra unu* *fidei linceum, quatuor intus Evangeliorum alligatum, etiam gentes contineri, ideoque ab eo non esse repudiandum Cornelium Gentilem, sed rel* *ecto veneno infidelitatis in Ecclesia corpus trajici* *endum. Ideo dicitur ei: Occide & manduca. Occiso* *erat mors spiritualis, quā mori debet peccato, ut* *viveret gratia & fidei Christi.*

Similiter per Angelum videtur vocatus Augustinus: qui ubi dictans cum cognitionibus suis sub arbore se proiecisse, vocem coelestem audire: *Tolle, tolle, tolle lege*. Quāquidē voce monebatur aperte librum Epistolas sancti Pauli continentem, ubi perfidè illuminatus est, dum incidit in illud: *neni cubilibus & impudicibus, sed indui* *mini Domini Iesu Christi*. Vox autem illa: *Tolle, lege, nonne Angelico ministerio efformata* *fuit*.

Sic & Angelus cooperatus est specialiter & oversione lunuchi Candacis Reginæ Äthiopum dum clausum Philppum qui instrueret eum & baptizaret *Cand.* *in via, cuius De subita conversione sic loquitur S. Regna* Chrysol. serm. 16. *Eunuchus etiam generatur in via* *ut quem castraverat humana temeritas ad hominis* *servus est*, *entra Regis aulam invisa Cappitas* *clausum collocarat, collataria captiua & votiva ad cœlestis* *aule gloriarum, ad calistus Regis promoveret & trans* *ferret obsequium benthus iste, cui datum est ut palati* *infulas non amitteret, sed mutaret.*

Quod si hos Christus censetur specialiter diligere, quos per suos Angelos ad fidem & gratiam adducit, quanto magis eos quos per se ipsum dignatur.

Psal. 28. *Propterea ergo arcum agredete foras cumque venatus* Genes. 27
terrenus vocem perciles cæcitate, & ad Aniam eum destinans O officia Christi vocatio qua confessum excutens spiritum minarum, facit de aulo crudelis Paulum fidelem, de Lupo agnum, de persecutor Apollolum! Quis id adeo librito efficeret poterat, nisi vox Christi, vox Domini in virtute confringentis cedros?

Vocatio 8. Non absimiliter S. Hubertus à Christo Domino ad fidem vocatus est. Hic enim Bertrandi Dux Aquitanæ filius, cum Ebroin Francie Vice-Regis tyrannidem fugiens, in Austrasiam ad Pipinum adhuc paganus se transfligeret, mirabilis benignitas & providentia profunda caligine à Iesu Christo ad fidem lumen evocatus est. Cum namque in Tongrensi Parochia yenaret die Veneris sancto, in que recolitur Pao. & Domini, apparuit èngens cervus Crucifixi effigiem inter cornua gestans. ibi est, & iulit adire S. Lambertum Antifitrem, à quo viam salutis percepturus foret. Parvit ipse, & a B. Lamberto benigne suscepitus, catecheli est imbutus, & fonte baptismatis efflustratus. Totus vero coelestis vita defiderit incensus, in solitudine se se recipit, ut asperos penitentia labores sustinet, sibi jà Crucifixo viveret carnem & ipsa tuam crucificans. Quapropter Iorica ferrea ad carnem reliqua continuo corpus domabat. Ita habet vita ejus apud Surium 3 Novemb.

An non igitur satis probat haec specialis Huberti vocatio, quod de ipso canimus, *Amavit eum Dominus? Certe non potuit non procedere ex singulari- ri amore & dilectione talis electio. Nec incredibili- us illi videri debet: legitimus enim plane similem vocationem de S. Eustachio praefecto militum sub Trajano, qui tunc placidus vocabatur. Cum enim cervum ingētiū inflectaretur, calcitratus, equo ad- ditis in præceptum monitem pervenit. Et ecce illi super caput cervi in supercilium montis, dum pice animal & oculis prædeiuhiat, Crucifixus apparet, & ex illo vox. Placide, Placide, cur me persequeris? Attonitus ille hac nova forma & voce, ex equo di- labitur. Vbi vero se colligit, instlamat: *Quis es Domine? Cui Dominus? Ego sum Christus Iesus, qui causa salutis humanae in carnem veni & mortem in cruce ligio pro te pertuli, ut ad eternam felicitatem teter transferrem. His ipse mutatus, dominum repetens cuncte enarrat uxori, qui simili visione nocte monita fuerat; mutuoque consilio ad Christianum Sacerdotem pergit, à quo instruisti baptizantur in Ch. Isto.**

O felices venatores! Dum ferias venantur ipsi- mer præda sunt supremi venatores Christi, qui mox efficit ut omnem deponant feritatem, & puram fecit venitatem. Immo ipsi ob conversionem morum sunt Dominus per divisionem gratiam & sapientiam delescolsum epulum, quo libenter velletur. Olim dicebat Iacob filio suo Esau: *Sume-*

*pbaretram & arcum, agredete foras cumque venatus aliquid apprehendere, fac mihi inde pulmentum, si- ut velle me nosci. & benedicat tibi anima mea. Audi- vit hoc Rebecca pia erga Jacob mater, & ubi ei be- nedictionem Patris conciliat, ait: *Afer mihi duos hodus optimos, ut faciam ex eis scia Pairitu, qui Ioan. 4. bu libenter vestitur. Interpretetur id sensu mysti- co, & dicamus per hodus, peccatores designari,**

*Qui dum convertuntur, sic eos novit sapientia & gratia divina condire, ut suave & deliciosum sercu- lum sint in mensa Patris æterni, quasi cervi venatu apprehensi, & condimento cœlici appeti. Talis cervus S. Hubertus fuit, in culis conversione epu- latur Christus cum Angelis, quia dicit: *Mors cibas est ut faciam voluntatem eius, qui misit me. Extrus alibi: Gaudium est Angelorum super peccatore peniten- tiæ agente.**

Amavit itaque Dominus Hubertum, ei apparet Cur in ver- in vertice cervi, & vocem illam emittens, de qua tunc cervi platiens: *Vos Dominus preparatis cor vos. Ad curren- dam scil. viam salutis, voce sua expeditos faci (In- star cervorum in sublimem collum vertice felli- nantium) hos, quos sibi servos elegit: sicut & alibi Psal. 28.*

Psal. 17.

iterum dicit Rex & Propheta: *Preparavit pe- mes sanguinum cervorum, super excelsa statuens me.*

Hoc ipsum poterat dicere S. Hubertus, non solum

vocatus à Christo Domino ad fidem, sed etiam to-

to zelo & fervore currens ad perfectionem, quasi

ad sibi designatum montis supercicum. Propterea

enim mox a vocatione in solitudinem se recepit,

ubi per ardua carceriter penitentia iugis, & often- deret se in sequula Iesu Christi crucifixi infangabi- lem. Hoc autem haud potuisse facere, nisi eius

gratia præveniens & amore, ideo mentio de ipso

pronunciamus: *Amavit eum Dominus.*

Qui vero amavit, ideo eborazavit eum Orna- PARS II.

na. Ita equidem omnibus coelestibus donis & De ornatu

gratia, sibi velut coeum & cibernaculum fugi- Pontificali.

dissimum in ejus anima constitutum. *Spiritus Do- S. Hub.*

minornavus calos, inquit S. lob. Quod interpretas lob. 2.6

S. Gregorius, addit: *Ornamenta celorum virtutes*

junt prædicantium. Quia ornamenta pau. ut er. uno-

rat, dicens: Alii datur per spiritum (erno) sapientia, Hom. 30

alijs sermonis scriptura secundum eum spiritum, alteri in Evang.

fides in eodem spiritu, alijs gratia sanitatum in uno

spiritu, alijs operatio ut etiam, alijs prophetia, alijs dis- crepacio spiritum, alijs generali gurgarum, alijs inter-

pretatio sermonum. Hæc ornamenta spiritus non

defuerant viro sancto, que postmodum toti orbi

& Ecclesiæ fuerant conspicua.

Ornavit quoque eum Dominus tamquam pre-

clarum militem suum & Duxem panoplia Chi-

ristiana, qua sub vexillo crucis fortiter dimicaret,

Ornavit eum Iorica jultina, baltho casnatis, ga-

leas pscis, cuto fidei gladio Ippius calcis & occis

Evangelice veritatis, calcariis sancti moris. O

verè ornatum Duxem & acciugum ad prælian-

dum præha Domini in militia Christiana, contra

Satanam & ceteratum, contra Carnem & Mundum contra Mortem & Infernum! Deseruit Insignia Nobilitatis facili ut dignus fieret exornari ornamenti & Insignis Filiorum Militum Dei.

Tandem ornari eum voluit Dominus decorare Sacerdotali & Pontificali. Hoc est praecepit Ecclesia Sponsa Christi ornamentum, propter quod Ezech. 16.

Ezeciel apud Prophetam: *Vixi te olio, vesti te discoloribus, & calceas ut te tamino, & cinxite lasso, & induite fibribus, & ornave te ornamento, & decora facta es nimis, & profecta in regnum Propter regale faceret otium, quo Ecclesia est adornata, hæc de ea veritate habent: nam & in symbolum regie sua dignitatem Pontificis varijs ornamentis decorantur, purpura & byacinchio induuntur, infusaque & mitras gerunt in capite, tanquam insignia & Diademata cœlitus eis collata potestatis. Ad hanc igitur sublimem dignitatem Purpuratorum evolvit Dominus Hubertum, qui purpura facili propter ipsum alpernatus fuerat. Noluit latere sub modo solitudinis hanc lucem, quam in eo accenderat, sed voluit ut ascenderet super candelabrum, & illam quaqueversum sparget, siisque lucret omnibus qui in domo sunt. Sed attende, quam admirabilis id gestum fuerit providentia.*

Inspiravit ei Dominus animum peregrinandi, & viendit limina BB. Apostoli um Petri & Pauli, pignorataque sacra ibidem venerandi. Nam & tunc omnino celebris & frequens erat peregrinatio ad S. Petrum & Paulum Gaudentiam sanctitatem & eruditioenem viri clarissimi calcet Romam, Martyrum precioso sanguine purpuratum. Invitigerat & ipse hanc peregrinationem animo pientissimo, non vanitatis auctoritatis impulsu. Eadem ve-

rò nocte Romam appulit, qua S. Lambertus martyro fuit aff. Ius. Atque illa ipsa nocte Angelus in sonnis apparet Sergio supremo Pontifici, motu tem indicavit S. Lambertum, deferens ad Pontificis manus ejus Pedum Pastorale, quo inauguretur Hubertus peregrinus ad sepulchrum Apóstolorum orans. Pontificalia quoque ornamenta subito à loco martyri Angelico ministerio sunt delata, ut his indueretur conferrandus. At Hubertus, cui humilitas corde tenus radicata era, adhuc hujus vocacionis divinæ recessus, quoad in se erat, renitebatur, prætendens inidoneitatem & in sufficienciam ad tantum munus. *Iussus in principio acceptatorest sui.* Cum verò Pontifex & ficer Convenitus, qui ad eum inaugurdandum ad venerat, penfili animo fluctuaret, rursus ob Huberti remunum, tum quia Pontificalibus ornamentis cœlitus delatis dicerat Stola, quam Satan abderat, persentiens hanc sibi consecrationem noxiā fore: Ecce Stola serica alba auro intertexta, transmittitur perenne munus futurum, sed jam serviens Huberto in augurando. Transmittitur, inquam, à B. Virgine per Angelum, qui fuligore suo ac voce omnem diffusavit caliginem, omnem climinavit anxietatem,

S. Hub.
peregrina
ur.

Pontifica
lia ora
mnia per
Angelam
de atq. s.
Hub.

Prov. 18.

Satan. Sto
la abdit
a. per

Sic enim allocutus est ibi presentes: *Quoniam, Angelum Prefules, iubensi heretici, animis in diversis raptae sunt mittitur Tu quoque Huberte quid cumularis? Deus qui Geatet. S. Hub. nem hojum congressum veritum per Angelum suum roboravit, qui discipulorum corda & ora afflamine Spiritus Sancti edocuit; qui adiutuente Propheta Aaronem Oratorem constituisse adiutari vobis illi dabit et sapientiam ad regendum piebem tibi commisit. Et ut verbis fidem habeat, en Deipara Mater Maria tibi haec Stola, Angelica manibus contextam, in singularem mutis prærogatiavam, qua conserueris, & qua conjugaris clementiam necessariam & perfectam. Datque tibi Deus hoc facio munere virtutem imperiolum super demoniacos, energumenos, pueros & super omnem inimici potestatem. Hac Stola, quasi Virga Aaron, instrumentum erit virtutum & operationum, quia Deus orationibus tuis in salutem populi operabitur. Et durabit in memoriam tui in sepulchrum tuum, qui patrocinium tuum implorabunt. Ita Scriptores vita eius.*

His Angeli verbis & promissis instructus Hubertus, vietas dedit manus & consensit consecrationi, qui deo ante renirebatur, quia needum scibat, hanc esse Dei invocationem. E contra sciebat, de multis purpuras & dignitates ambientibus verum esse: *Ipsi currebant, & non mittebam eos. Ipsi Osta, regaverunt, & non ex me. Certe antiqui Sancti non ambiebant Sacerdotia, ambiebant potius martyria. Oratus illi Pontificis non omnibus convenit, quibusdam oneri potius est quam ornamento, & ruma tandem servit ac tormento. Hoc extimcebat Hubertus, antequam vox coelestis insuonaretur. Interim sic honorabatur, quem Rex vo- Ester. 6. luit honorari; sic onabatur, quem Rex celi voluit ornari. Domini enim est assumption nostra & Psal. 8. Iohanni Israël Regis noster qui potest suscitare de pulvere egenum, in solio collocare, eumque exaltare. Quare, S. Huic ante infidelis, ante venatori & peccatori postmodum Baptismo lustrato & purgato, tandemque ad Pontificiam dignitatem gloriosè evecto, illud Ecclesiasticis optimè convenerat: Deus purgavit peccata ihsus, & exuavit in eternum Eccl. 41. cornu ejus, & dedit illi testamentum regni, & iudeam gloria in Israël. Utique Deus ejus peccata expurgavit per Baptismum, & cornu ejus exaltavit. In Scripturis sacris cornu symbolum est roboris, regni & glorie, id est cornu Huberti & aliud roboretur, est, quam illi robur contulisse ad grandia & excellencia. Sed si specialiter cum ut robustum & inclivum, Venatores a Domino conversum consideremus, sic exaltavit cum Dominus ac cornu ejus, quos solent uti Venatores, quia efficit, ut Venatores cum Patronum sibi adscicerent & venerarentur: immo efficit, ut quicunque ad corporis ejus sacras exuvias in Ardenna quicunque peregrinantur, gaudent aera vel argentea imagine cornu ejus venatorem representante. Hinc & in honorem Sancti Venatoris paſtim galeris vel vellibus has imagines suspensas referunt, qui illuc peregrinationes ini-*

Instituunt, vel qui S. Huberto se devotos profiteri volunt, Exaltavirgintur, & hac ratione cornu ejus cuius memoriale gestum populi circumferre. At magis exaltavit cornu ejus, dum sedens gloria in Irael dedit illi, primum Episcopum Leodiensem, Principemque Reipublicae amplissimam & Christianissimum confituerens, quæ ab eis tempore in Sigillo publico hunc honoris titulum invenimus gestum: LEGIA SANCTA ECCLESIA ROMANA & FILIA. Quem titulum ira haec tenuit ut nullis haeretum turbinibus à fide defecerit. Neque solum fidei constantiam s. Huberto habuit, sed etiam ab eo iura plebis citata leges politicas, pondera mensuras ac alia optimum Reipublica Regimen concerterat accepisse, tradidit illi constantissima. Dedit ergo ei Dominus sedens gloria in Irael, hoc est, potestatem utriusque regiminis in hoc populo electo, quæ etiamnam in successoribus perseverat.

PARS III.

De S. Hub. **S**ic ornavit Dominus S. Huberum, sic extavit: Stola gloria vestitus. Quem titulum ira haec tenuit ut nullis haeretum turbinibus à fide defecerit. Neque solum fidei constantiam s. Huberto habuit, sed etiam ab eo iura plebis citata leges politicas, pondera mensuras ac alia optimum Reipublica Regimen concerterat accepisse, tradidit illi constantissima. Dedit ergo ei Dominus sedens gloria in Irael, hoc est, potestatem utriusque regiminis in hoc populo electo, quæ etiamnam in successoribus perseverat.

S. Huber.

Stola, cur.

Stola glo-

ria.

Sic ornavit Dominus S. Huberum, sic extavit: hoc autem maxime attendendum. quod Stola gloria induitum est. Dicamus ergo primò verum id esse ob colitum delaplum Stolem illam, de qua obiter diximus, & nunquam tractandum nobis restat. Certe multis titulis Stola illa vocari potest Stola gloria, sive gloria.

1. Quia symbolum fuit Pontificis dignitatis.

2. Quia è loco gloria descendit.

3. Quia ab Angelis gloriosis contexta.

4. Quia à Rege & Regina gloria specialiter mis- sa.

5. Quia gloria Dei ingiter est propagatura.

A Regna gloria MARIA & S. Huberto demissi di-

ximus, in pignus specialis amoris. Hæc enim sin-

gulari prosequitur amore castos & puros, verosq;

& Parthenos Sacerdos. Hos adam & Chrysostomus

Sacerdos Summus, diciturque proprie illos, seu in-

illis, Sacerdos aeternus. Sacerdos ipsi est innocens

impollutus, segregatus a peccatoribus: segregatus quo-

que quos vult peccato & laicul huic contagio,

ut digne sibi valeant ministrare. Dicere ergo possumus,

quod sicut lacub in symbolum specialis dilec-

tionis providit Stola, polyamtam Ioseph filio

suo: sic Christus providit electo suo. Huberto in si-

gnum benevolentie particularis Stola hanc glo-

riam. Et sicut olim Rebecca Mater prov. dit la-

cob vestem optimam & fragrantissimam, ut bene-

ditionem aciperet à Patre: Sic & MARTA Mater

benevolentissima providit filio suo Huberto hanc

Stolam coelestem: in qua sacris operans, sibi & po-

pulo benedictionem impetraret. Si enim S. Ilde-

fons donavit sacra Calula, & eius caput cam-

proprietis inferuit manibus, dicens: Hac vesti filii

mei meaque totius annifera celebrato.

Sed eminentissima est sacra Huberti Stola, ideo-

que apertissime Stola gloria, sive gloriostam nomi-

nari, ob tot miracula, quibus Ecclesiam illu-

strat, fidem confirmat, hæc res retundit, hæreticos

confundit. Hæc etenim dat salutem ægris, rabiem propulsa, à laesis dæmones ejicit ab oscillis & enervum. Ideo ad eam ceteratum cōdūnt populi; si qui verò mortu animalis tabidi fuerint infecti, à veneno sicut liberi. Et quod maximā partē ad mirationem, jam à septingentis & amplius annis praecisa, toti millium hominum frontibus particulatim appolita & inferra, nō deficit, sed in hodiernum usque diem integrum miraculosè perseverat. Non absumis est hac ex parte Crucis dominica ligno, de quo s. Paulinus epist. 17. ad Severū: *Cru-* *x in materia insensata vim vivatensis, ita ex illo tem-* *poce innumeris pene quotidie hominum votis lignum* *suum commodat, ut detrimenta non sentiat, & quæsi* *intacta permaneat, quotidie divulsa sumetibus.* Et semper tota a venerantibus Idem de eadis S. Cyrilus Hierosolymitanus Episc. catechesi 4. In eo quoque quod minima particula conferat sanitatem ægris, non absumis est Sanctorum Reliquias sacras, de quibus sic ait Theodoretus 1. 8. de Martyribus: *Eorum corpora non singula singulis monumentis con-* *duntur, sed servantes appida, hec inter se partiti sunt,* *laboravimus que animis ac agros corporibus salutares* *eis confitiri non cessant. Nichilq; serius urbium custodes, ac locorum praefites venerantur. Sed ergo eorum* *corporibus, integræ tamen vis & gratia perseverant,* *tenuique ac tantillæ reliquia tota nullaq; in partes* *diffusæ Martirijs parem invenient virtutem. Hæc Theo-* *dorus.*

Propter hæc igitur omnia Stola gloria est, qua inuidit Dominus Huberum qua quotidie praecisa Stola gloria permaneat integra, & ex quo tot profundunt idie pre remediis quibus applicantur contra mortus vice cibis & emprenenos animalium rabidorum, eis etiam contamet in claves & cornua ferrea, argentea, vel aurea tegra. (Mediante ad hoc peculiari beneficio) item dividivm concipiunt, quinque applicata, laesis animalibus ad vivam carnem impresca, rabiem, venenumque dispellunt: aut, si adeo veneni vis venas præcordiaq; pervasit, ut via morti oblitui nequeat, aequalis nocere non valent, penitus coercent. Hinc etiam sit, ut numismata sacra Stola contactu sacra a dverso rabido animalium incurvus a dæmonum insulatus, imo habere quotidiana apud nos probet experientia ut proprie Stola ista hoc Titulo honorifice decoretur. ADMIRABILE DIVINUM MUNERIS PRIVILEGIUM.

Ita vero variis Orbis partes fama huiusc præ-

legi pervasit, ut traditio sit in Monasterio S. Hu-

berti, illuc accedit filium Calvini, Heretarchæ Gallicanæ, a rabido cane lesum, ut remedium con-

queretur. Quod quidem hisce verbis memo-

rise ibi mandatum est:

Seis quid Calvini Sanctorum fecerit oratio.

A cane cum rabido filius illu erat

Tentavit medicus illum sanare venenis,

Quia Pedemontanus in isto Alexis om̄.

Sed Deus hunc non est medicina passus abiit,

Ne quis ab hoc Divos temneret hereticos.

Nam.

320

Namque opus in invalidum Calvinum redidit, ut se
Per Sanctos curvis ferre probaret opem.
Ille itaque in easum iulans, eis no[n] co[n]clusus
Pignus in Ardenam mittere languidulum,
Immortalis ubi numen se pandit HUBERTI,
Tanta est Christi vulnera cura et opus.
Venit e[st] prolos scelerati manca parentis,
Et supplex aras procidit ante sacras.
Quoique precabatur Superos, erat, ut sibi vellent
Emembra morbum pelleare tabescum.
Neve sibi obsecrarent male sanu[m] dogmata Patris,
Que modo per mundi climata nota forent.
Nam se cum filio non con[ven]ire parentis,
Velle sed in veteri religione morti.
Hac ubi[us] erat, fara cum veste Sacerdos
Prodit, illius vulnera dira vovens.
Nec multos manasse dies narratur ibidem.
Quin fuerit dono Janus HUBERTE tuo.
Spargit amictu Calvinus in urbe Geneva,
Saxonicas gnatum nuper adisse plagas.
Ille quidem dignus, non qui luit a carne talis
V natam, sed quem Corberus spie voret.

Stola gloriæ, v[e]stis
immortalis
tatis.

D camus ulterius, Stola gloria à Domino indu-
tum fuisse. Huberti, quando veste immortalitatis
exutus, vestem accepit immortalis gloria, Corpus
erenim, quod in morte exuimus, nonnisi vestis est
lutea & terrena, quam exuere peroptant Sancti, ut
super vestimenta veste coelesti & incorrupta, dum
quod mortale est absorbens a vita, sicut loquitur
Apostolus. Hanc verò supervestimentum, quicunque
nudi non inventiuntur, ut ibidem dicit Apostolus,
sive ut explicat S. Paulinus ep. ad Severum Sulpi-
tium: Si despoltatus a corpore, non inventari vnde
ab opere. Propterea dicebas S. Gregorius Nazianze-
nus, agens de corpore hoc terrefri, ponderoso, æ-
rumno: Auster à me, Domine, tunicam hanc is a
gravem, sed da mihi leviorem, quia non sum expoli-
ri. Respiciebat ad vestem gloria, quam cupiebat
superindui. Similiter S. Chrysostomus in cap. s. ad
Heb. illuc quoque respiciens dicit: Eadem facilitate
debetum corpus excire qua vestem, uti Ioseph palli-
um reliquit Egyptia.

Hoc probè intellexit magnus Anglia Cardinalis Polus, quem facto schismate Henricus Octa-
vus, Rex Anglia, persequebatur, eiusque caput
quinquaginta aurorum milibus prosciperat, Cum enim Leodium se receperit, invitatus à Car-
dinale & Episcopo Grosbeckio & ciilla ingentia
promissa, his qui ipsum tradenter facta, insinquare-
tur, animo tranquillo & sereno vultu dixit: Miror
hominis amentiam, quia pridem ratio vires offidet,
mortem, & ad meliorem vitam transistum opio proinde
cum Henricus tanto cura tantoq[ue] impavis hoc
meum desiderium adjuvare conetur, nihil aliud fa-
cit quam si quis dormitum ire cupienti vestis exure
volit. Vestis itaque est hoc corpus, sed onerosa &
ærumna. Eam cum Sancti exuunt, vestem alienam
reperiunt gloriosam, anima enim gloria immor-
tali circumamiciuntur à Domino. Propterea agitur

recte dicimus de S. Huberto: Amavit eum Domi-
nus & ornavit eum, non solum in hac vita, sed eti-
am in altera, dum Stola gloria mox à morte induit
eum & ad portas Paradisi coronavit eum. Mors ei
non aliud fuit, quam porta paradisi, & janua vita,
in qua post Coronam & Stolam justitus, recepit
Stolam & Coronam glorie

Dicamus & hoc postremo pro conclusione, per Stola glo-
riæ & Stolam gloria non infuse posse hic de rite, mar-
signari corpus S. Huberti, quod à morte donatum rupit cor-
est quadam incurruptione: nam adhuc modò fer. portu. S. Hu-
berti monasterium nuncupatur qui est integrum &
illæsum, non solum ossibus constans, sed
etiam carne vivida & capillis, ut a solo corporis
sopore detineri diceret. Hoc certo scimus, decimo
septimo anno post eius obitum, cum translatio pri-
ma facta est corporis, illud integrum omnino &
vividum absque ulla purene vel cinerinem re-
solutione, repertum fuisse. Cum enim divino in-
sinstu intelligeret appropinquare diem resolutionis
sua affidius precibus, jejunis que exutum suum
munire satagens, (quasi calcaneum contra serpentis
venenatum mortum) per singulas basilicas
Sanctorum imploraret auxilium. Cumque semel
diutissime ante altare S. Albini, in Basilica S. Petri
Leodii ad radices publici montis a se dictata, pro-
stratus in oratione perfusisset, protensis tandem
brachii locum sepulture est dimensus, dicens: Hu-
deſſa hunc locus parenti sepulcro, & destinato a
nime praesidio corporis recipiatculo. Quod factum
fuit, Anno autem post mortem decimo septimo,
cum crebris miraculis corpus effugeret, ad altare S. Petri translatum est, ut honorificentius vchere-
tur. Arque tunc repertum est libatum, de quo sic
scriptis quidam eius familiatis & discipulorum: intro-
spicentes gloriam, um eius corpus, nulla detrimenta pa-
sum illamque à purene reperentes, quinimo mi-
rifice odore refutant. Caput perlustrantes, vident
vultum eius pudore perfusum, & velut noctis opaca
roſicidulus perfusum gaudens: coronam vero capillo-
rum alienam prorius ab omni lesione, capiuntque
autem & prolixitate & palebritudine; neque enim
candore tenili albebat, sed colore & visione sui, in-
uenient caput repremitiebar, Ita ille apud Surum
3. Novemb.

Multus post annis rursus facta est ejusdem cor-
poris translatio, à Basilica Principis Apostolorum
Leodii ad Ardennum in Arduenna Monasterium
qua ipsius & ope Arduenna ad fidem converfa-
era. Facta est autem haec translatio per Walcan-
dum Episcopum Leo dicens: atque etiam tunc
corpus repertum fuit ab omni prorustabo & cor-
ruptione alienum. Exinde Monasterium istud pa-
tronii nomine est insignitum, cuius adhuc mo-
dum corporis incorruptum se conservare gloriatur, post
noncentos annos & amplius.

Nec id ideo incredibile est, cum pernotum sit, Sanctorum
idipsum privilegii à Deo nonnullis Sanctis con-
cessum

Sanderus
et alii in
hist. Ang.

lorum cor - cillum suisse. Sic corpus S. Cecilia à Clemente O-
poramulius clavo integrum repertum est nostro saeculo, post
annis à nongentos & amplius annos. Si & de corpore S.
morte in - Francisci memorie proditum est, statu illud nullis
corrupcis humanae industræ fulcris subnixum, supplicantis
inuenta. S. Cecilia. S. Fran-
ciscus. S. Fran-
ciscus. S. Fran-
ciscus.

Sed ut de antiquis sileamus, dignum est memo-
raru, quod pacis ab hinc anni in Belgio inventum est, & publicis tabulis testatum à R. Episcopo
B. Idesbaldi, de corpore B. Idesbaldi, Abbatis tertii Dia-
nenfis, Ordinis Cisterciensis. Hic migravit à facu-
lo anno Domini millesimo centesimo sexagesimo
septimo, anno autem millesimo sexagesimo vi-
gesimo quarto incorruptum planè repertum est, ut
in verbis testantur literæ Episcopi dicti: Erat cor-
pus fiducia velut religiosus, alia a inferiori, & nigris
superiori, adhuc præfus firmus & integrus. Erat
caput integrum adhuc munitum capillæ, inter quos se-
minibat corona religionis: frons integræ, oculi suis te-
stis palpebris, ornati superciliis. Genæ integræ, labia
integra lividi aliquantum coloris, os parum patens,
ita ut duo aut tres dentes aliquæ sui parte videri pos-
sent: Barba vixda capiova quam quis ab eis dilubera-
fani judicaret, ita tamen firma ut prezentis in nobis
fortiter pili eius a chirurgi tractari, eveli non posset.
Tota virtus constitutio quasi dormientis in finistrum
latus versa, collum adhuc ductile & prossus integrum,
Si & brachia, & humeri. & pedus, venter, genua,
planæ integræ cum pedibus. Tibialis etiam omnino in-
tegræ, ita ut etiam iuxta omnes digno/erentur. Hæc
ibi, & plura, quæ brevitatibus causa prætereo.

Hoc dicitur, cum S. Huberto, tum aliis Sanctis
nonnullis concillum est, ut vellis animas caro felici-
tate, iam ab anima separata, ipse ad alteram vitam
transeunte, in corruptionem quandam indueret,
litteraduic jacens in pulvere: ut hoc ipsum jam ac-
cepserint tanquam initium quoddam & pignus
gloriarum corporis & futuræ in corruptionis poli re-
furrectionem, quando illud Apostoli perfectè ad-
implebitur: Seminatur in corruptione, surget in
corruptione; seminatur in ignobilitate, surget in glo-
ria; seminatur in infirmitate, surget in virtute. Vbi
alludit ad granum, quod recordetur sub terram, ut
resurget cum fructu: sic & corpora nostra in terra
conduntur, quasi ignobilia & corruptioni obno-
xia: sed postmodum surgent planè illustria & glo-
riosa, in eortuione que & immortalitate donata:
atque sine trufo perfectissimè stolæ gloria,
quam rursum animæ induent, ut con-
summatæ beatificentur.

* * *

Vix floriger.

IN FESTO S. CAROLI BORROMÆI.

Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor me- 4. Nov.
um & animam meam faciet, & adificabo ei do- LECT. 67.
mum fidelem Eccl. 1. Reg. 2. tripart.

AE Terna Dei Providentia & Sapientia de ma- PARS I.
Pars novit elicere bona: ideoque illa quando S. Car. su-
permit. Quasi apis de venenatis plantis no- sciamus ut
vit mel ex lugere, de petra oleum, de beneficio bene, alias fuscum
de peccato gratiam. Ipsa est quæ de tene- rare,
bris iubet lucem splendescere, & ubi abundavit de-
siderium facit gravam super abundare, admirabilis Deus ex
sanè dispositione. Sic permisit Ad lapsum, ut Filii malis bona
Dei ea occasione incarnatione foret, in medelam & elicit,
jus ordinata. Sic & permisit lo sp̄hīa statribus ven-
ditionem & carcerem, ut ejus exinde promoveret
regnum & exaltationem, quæ in totius l̄ficitæ
plebis vergeret salutem.

Atque ut proprius ad propositionem accedamus, di-
vina providentia & sapientia deo precedenter sa-
culo tot hæresibus & erroribus quaque versum
permisit Ecclesiæ suam concutti, ut vera doctri-
na illustrationem, & ipsius Ecclesiæ exaltationem
inde propalaret, illudque de ipsa verum esse, ubiq; q;
notum fieret: In petra exaltat me, & nunc exal Psal. 26.
savit caput meum super in mīca meos. De erroribus
& corruptiis uniuersi inundantibus, Ecclesiæ re-
formationem, quæ de tenebris lucem voluit
splendescere, ac velut de veneno theriacam salu-
berrimam conficeret.

Cerè dum hæreses aditum sibi fecerant, regna- Heres
bar dissolutio in cleo, proculata Ecclesiastica di- vitorum
sciplina serie. Dominabatur in plebe Principi- genitrix.
bus libido, gula, effrānis voluptas, in Prelatis am-
bitio & cupiditas, in Religionibus & Claustris li-
bertas: atque hæc omnia januam aperuerunt va-
riis delictis & erroribus. At ubi licentia & hæ-
res aperta fronte & erecta cervice sece ostenta-
vit, aperuit Deus oculos nonnullis, per quos salus 3. Mach. 5.
deebat fieri in Israël & suscitavit viros præclaros,
qui & religiosi. Ordines splendori restituuerunt.
& Ecclesiasticam disciplinam reformatæ, & in
populis emortuum pietatem ac fidem vite recti-
tuerent.

Post Calvini & Lutheri viroſa caliginoſa que
dogmata, mox tantæ tenebre eruperunt, ut ad im-
pleri videbatur. Propheta de apertione portæ abyssi, Apoc. 9.
ex quo teterimus exivit fumus, obscurans Solem
& Lunam, hoc est Christum & Ecclesiæ; ac deinde
de egressum est agmen locularum de eodem fu-
mo, in perniciem hominum nō habentium signum
Dei in frontibus suis, hoc est, vivam certamque fi-
dei divine professionem. Sed divinitate tunc defuit
Sapientia & Providentia: de his enim tenebris alibi
eduici voluit lucem novam, quia paulo post inno-
rum orbem induxit fidei splendorem & ardorem
infidelitatem tenebras & frigus dissipantem. Si ergo
aliqui